

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Sectio 4

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

sectio 4.

Metaphorae Ethnosophicae, sive penitentijs à Magistris gentilium celebratae representatio.

Dedit equidem se olim quodpiam penitentiae simulacrum in orbe damnificis remanentibus ethnicarum tenebris obnupto conspicendum. Inter doctos etiam idololatrias nonnulli sunt reperti, qui vehementer de peccatis suis dolorem haurire, eademque acerbius ducere deploranda & quodammodo sollicito in speciem corruptionis morum emendationi incubente, prudentissimos eos reputantes, quos statim peccatorum suorum peniteant, ceterum à Plutarcho enuntiantes, præstantius longe iudicantes vitare peccata penitentiam quam commissam culpam affici penitentia. Denique amplissimis laudum præconijs Verum de commissis dolorem celebrantes. quos præcipuum nobile illud Menandri monitum (quod perriandro alij adscribunt) est referendum: ἄφρατος μεταβαλὼς. cum peccaveris, substat te penitentia, illudque Tragedi Seneca

Plut. in fin.
Lib. de amic.
et adulat.
Diserim.

Senec. Hippol.
v. 145.

Quem penitet peccare, non est innocens.
Nec minus Aulianus, ingentia penitentia decora ad animum sibi revocans, eam prudentem lapsorum servatricem Deam nunquam non dubitavit;

*. Dari malefactorum penitentiam aliquam naturalem, sive ex huda naturalis rationis præscripto ab homine honestè elicibilem, negare universè visus est Tullius, ut ei tribuit Cæcilius Lib. 6. in tit. c. 24. ob ea verba, quæ olim in Lib. 3. academico, qui intercedit, legebantur: quod si liceret his, qui in vitia deerravissent, sic vitam deviam secutos, corrigere errorem penitendo, felicior esset emendatio temeritatis. ad hunc ipsum errorem videtur accipere Maximus Tyrius Diapert. 40. n. 238. cum ait, virtutem, quem semel proseripserit, nunquam denuo admittere, nunquam in gratiam recipere. Hobartus item, in Elogijs ethice c. 4. d. de Stoicorum decretis, refert visum Stoicis, penitentiam quæ est de malefactis dolor, et permixtum ac turbulentum affectum, quo homo sibi tanquam authori calamitatis suæ irascitur, atque adeo

inhonestum, et improbandum. idè enim omnium
 improbum, quia penitentis obnoxius est, in-
 honestum esse atebant, in virum autem probum
 negabant cadere penitentiam. quid quod
 ex eiusdem Hobai C. sem. 44. In iudicio Stoici
 dixerint: Virum prudentem nemini dare veniam.
 eiusdem enim hominis esse veniam dare, et
 putare eum, qui peccavit non suã culpã
 peccasse, cum omnes ex propria malitiã pec-
 cent. propterea rectè dici, veniam non esse
 dandam peccantibus.

Alexandrum scilicet crimina sua diluentem inducens, quo
 ipsi propter cades amicorum intendebarunt: in hos in- Dionys.
 quiebat commissa, qui non habitã temporis ratione Halitarn.
 deliquerant, secuta est penitentia prudens valde, et eo: l. 7. c. 21
 rum qui erraverunt, et lapsi sunt, servatrix Dea. Col.
 lacteam penitentia appellationem, Antonius insinuavit
 itã canens:

Sum Dea, qua facti non factiqz exigo parus;
 Nempe ut peniteat, sic M. Tavora vocor.

Quid Seneca? initium Carit. salutis est notitia
 peccati. Egregiè mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nam Senec.
 qui peccare sene scit, corrigi non vult, deprehendas te Ep. 28.
 oportet antequam emendes. idè quantum potes te in pun-
 coargue, inquire in te, accusatoris primum partibus fungere,
 deinde iudicis, novissimè Deprecatoris, aliquando te offenda.
 Et alibi: expegriscamur ergo, ut errores nostros coarguere pos- Senec. Ep. 53.
 simus. Omnium autem evidentissimum Ethnica Meta-
 nae exemplar, celebris illa Cebetis Thebani Tabula sub-
 ministrat, sistens facinorosos quosdam, nullis non deditis tur-
 pitudinibus, ac Nemesis tandem subiectos flagello, inqz
 summo morore, et dolore, in arumnis et desperatione, in
 dedecore et infamiã vitam transigentes, quorumqz eos pœ-
 nitentia malis tam atrocibus eripisset, et vitam ad artes
 ac disciplinas Liberales, omnemqz adeo Eruditionem, et sapien-
 tiam. Stabiliorem pramonstrãret. Quisabit locum ipsum ad-
 scripsit, ut penitus penitentia ethnica ratio cognoscatur:
 postea denuò in aliud infelicitatis domicilium traditur, atqz
 reliquam vitam in omni miseriã traducit, nisi forte illi pœ-
 nitentia obviam prodierit. quid tunc postea contingit?

* Lipsius mavult: et offende, ac si dixisset: aliquando
 et penam, nec penitentiam tantum habe

Si penitentia illi obviam fuerit, eripit eum ex infortu-
 nis, et alteram illi opinionem, alterumque desiderium im-
 punit, per quod ad veram disciplinam perducitur, et ad
 eam qua falsa disciplina nuncupatur. quid tum postea?
 Si inquit, eam opinionem suscepit, qua ad veram discip-
 linam perveniat, ab ea mundatur, exprobraturque salutem, beati-
 tudinem, felicitatem in universa vita lucrabitur: si secus
 denique a falsa illa opinione seducetur, evidenter hinc
 hinc apparet, Gentilium penitentiam non nisi dolorem
 gravissimum de commissis fuisse, fide caput, omnis in-
 Deum fiducia destitutum. nec alia ratione, illos ad hunc
 dolorem inductos fuisse, quam instinctu philosophia moralis,
 qua docet bene vivere, et malum fugere: is enim, qui ad
 eius methodum, et precepta, vitam emendare, institueret
 firmiter proposuissent, purgationi primum affectum
 inordinatum, de hinc probitati, virtutumque omnigenarum
 studio incumbendum esse, ethnosophi dixerunt. Et cum sibi
 persuasissent, ita animatos ad beatitudinem, tanquam
 matrem benignam admittendos, perpetuamque laudis brevio
 exornandos fore; hinc cura est (De sapientioribus magis
 providi sermo nobis est) atque cogitatio sollicita versavit
 qua ratione, et ipsi ad felicitatis istius sedem aspirare,
 deploratisque erroribus, et peccatis suis, in felicissimum
 imperturbata tranquillitatis portum devenire possint.
 Atterum, ex laudati Cebeis loco liquido apparet, gentiles
 Metanase nomine, non tantum maximum ac gravissimum
 de commissis dolorem intellexisse, verum vitam etiam men-
 tisque turpiter factam mutationem in melius, mirificam
 denique penitentia vim ac effectum pro singulari sagacitate
 sua deprehendisse; siquidem Cebeis docente, penitens
 liberetur ab iis, qua vitium ei intulere, quinimo efficiatur
 liber, felix, beatus, quem nullus deinceps malis malorum
 imminentium exercere queat: eundemque Metanase effec-
 tum Ovidius verbis insinuandum dedit sequentibus:

Ovid. l. i.
 De ponto.

Talia caelestes fieri preconia gaudent,
 Ut sua quid valeant Numina ferte probent.
 Saepè levant penas, ereptaque lumina reddunt,
 Cum bestie peccati penitus se vident.

Eodemque loco laudatus Nasos penitentia Ethnicis frequen-
 tata rationem proprio suo exemplo ostendit, commendat
 turusque inquit:

Penitet, et si quid miserorum creditur ulli,
 Penitet et facto torqueor ipse meo.

Cumq[ue] sit exilium, magis est mihi culpa. Dolori
 Estq[ue] pari pariam, quam meruisse minus.
 Et in eundem fere sensum Plutarchus C. lib. de animi
 tranquillitate prop[er] fin. I malefactorum conscientia
 C. scribit) veluti ulcus in carne, in animo penitentiam
 relinquit, pungentem subinde atq[ue] scilicet. alior
 enim dolores ratio tollit, penitentiam solum efficit
 a se se ob pudorem moribus crebris vexatam, et penas
 dantem. pigebat itaq[ue] ethnosophos erratorum suorum,
 et se ip[s]os summa accusabant dementia, postquam ea qua
 saavo consilio admiserunt, displicere cepissent, atq[ue] pu-
 dore et odio gravissimo susceperat affecti, neq[ue] desistebant
 solum parorantia sua, verum etiam in mentis morumq[ue]
 emendationem, omni virium nisu incubere, atq[ue] can-
 peius et angue latens illud, et ex innumeris naufragijs
 infame saxum, Relapsum scilicet. ducere devitandum.
 Notante Cicero philippicâ ir: quod si esterratum Cin-
 quis I spe falsa atq[ue] fallaci, redeamus in viam. optimus
 est portus penitenti, Mutatis consilijs. Nec minus
 scribit de M. Antonio triumviro Plutarchus: cum sen-
 sisset C. scribit) se peccasse, gravi movebatur penitenti-
 a: et apud eos ip[s]os, quos offenderat, confitebatur. ast
 cum de vita in melius mutandâ parum ille sollicitus
 fuerit, neq[ue] virtutis solida. amore ad tantum dolorem
 sit inductus, dubium non est, illam Antoni pseudo-Meta-
 neam, ne ipsi quidem profana sapientia Magistri
 probatam, verum communibus eorum suffragijs explosam
 reprobatamq[ue] fuisse. Plus laudis habuit penitentia
 Isai sophista, quippe qui C. philostrato in soph. perhiben-
 te, I cum primo pueritia, sua annos in omnibus voluptat-
 ibus contrivisset, vir factus, vitam in melius instituit.
 cum igitur forte cum amico deambularet, qui ei formosa
 puellam ostenderet, isq[ue] interrogaret, utrum formosa vide-
 retur? respondit Isai: nihil hic iudico, quandoquidem
 desq[ue] laborare oculis. Nec minus memorabile hominis
 inter ethnicos penitentis exemplum sistit C. Plinius so-
 cundus, cum reducere in gratiam Sabiniari libertum
 eius statuisset, quem graviter peccasse indicavit, sed de-
 licti sui penitentiam multis signis ostendisse. en verba:
 Libertus tuus, cui succensere te dixeras, venit ad me, advo-
 cutusq[ue] pedibus meis tanquam tuis hostis. flevit multum,
 multumq[ue] rogavit, multum etiam tacuit: in summa fecit
 mihi fidem penitentia. verè credo emendationem, quia

Cic. phil
ir. c. 3.

Plutar.
in M. Ant.

C. Plin.
lib. 6. g.
ep. 21.

Deliquisse se sentit — Remitte aliquid adoleſcentia
 iſtus, Remitte lacrymis, remitte indulgentia tua
 Verum qualicumque tandem fidei penitentia fecerint
 Gentiles, eam omnem dubitationis aleam poſitum
 eſt Metancam eam nec bonam nec veram fuiſe, neque
 Deo placentem, cum fide in Deum vera penitentia fuerit
 deſtituta. Quisquis antiquorum philoſophorum
 legerit vitas ingentem quidem in illis admittitur
 viſum cumulum, mirabileſque in iſis obſtupereſcet boni-
 tatis ſenſus, quibus alijs per heroicis virtutum actus
 praefulſere; at vero cum monete illa, quantum vis
 argentea, et aurea, vera fidei icona, et eſſigie omnino
 fuerint deſtituta, ideo apud Deum nullius proſuſo fore
 preſi aut valoris, ſiquidem dicente a poſtola impoſſi-
 bile eſt Deo placere, ſine fide. Ea ſolum (Augustino
 eruntiant) penitentia eſt probanda, apprehendendaque,
 qua conſtat in fide eſſe fundata, penitentia quidem
 qua ex fide non procedit inutilis eſt, oportet enim
 credi remedium penitentia a ſalvatore per fidem con-
 cedi. Et quos eodem loco Maximus Doctor conſignavit
 falſa et ſterilis penitentia, characteres Gentilium Ma-
 tanca exactiſſima reſpondent; iſta Ciriſtus eſt peniten-
 tia non ex fide procedens, nec eſt charitate munita, ſed
 ſterilis, et ſine miſericordia. hoc non purgat conſcientiam,
 nec lavat crimina. in hac nulla eſt ſpes venia, nulla ex-
 ſpectatio indulgentia. Neque ſolus Augustinus ſeverum
 hunc de penitentia ethnicorum calculum tulit, verum
 etiam quotquot ex antiquis fidem in numero partium
 penitentia eſſentialium ducere reponendam, veluti
 Clem. Alex. Clemens Alexandrinus, ad veram penitentiam diſerte
 l. 2. Strom. requirens, ut a peccatis deſiſtamus, et credamus. Juſtinus
 Quot. M. in item Martyr aperens, non niſi per penitentiam et fidem
 quaſt. et reſp. christi. recipi communis peccatorum remiſſionem,
 ad orthod.
 Tert. l. de Tertullianus item, adverſus Marcionitas, penitentiam
 panit. ex fide juſtificatam commendans. Grentius, agnitionem
 filij Dei Cœpi et ſalus et ſalvator, et ſalutare) paniten-
 tiam agentibus apprima neceſſariam eſſe demonſtrans.
 Ambroſius Deniq; iudicans, neminem bene penitentiam
 c. 2. cont. hæreſ. agere poſſe niſi qui fide firmam in Deum verum præditiſſis
 Ambroſ. l. i. De panit. indulgentiam ſperaverit. Exitialem itaq; gentilium
 c. ii. penitentiam fuiſe atq; damnificam (ſanctis Doctoribus
 prævijs) potius dixerimus, quam ſalutarem, eo quod fide
 caruerit, nec firmam territis conſcientijs conciliare
 potuerit conſolationem, quinimo ut plurimum in probe

August. l.
 De ver. et
 falſ. panit.
 tom. 4. f. 743.

Clem. Alex.
 l. 2. Strom.

Tert. l. de
 panit.
 Grent. c. 2.
 cont. hæreſ.

Ambroſ. l. i.
 De panit.
 c. ii.

... eosam infaustamq; desperationem degeneravit. quod
ipsum enorme et immedicabile malum, cum Herculem
ob enormia sua peccata (ad qua sol ex pallescere, et terra
contremiscere solet) anaxen opprebisset, furens tandem
Euripides inter prestante in hac verba erupit:

Eurip. in
Herc. furent.

Ad hoc venturum me calamitatis puto olim.
Vocem edet tellus, interdicens mihi non attingere terra.
Et mare non transire, fontesq; fluminum:
Et ipsum qui rotatur fixationem in vinculis imitabar.

Et quantum impietatem, desperata profanorum istorum
Metanasa habuerit finitimum! Est sane ut cape peius
et angue pestem istam diciturati homines fugiant, latq; ut
nocentissimum animarum venenum Ethnicam illum
fideq; capam penitentiam, toto vita sua decursu deter-
tentur.

Sectio I.

Penitentia pharisaico-judaica e Re:
publica christiano-literaria eliminatio.

Pari cura studioq; cavenda illis proscribendaq; est
penitentia judaica, seu pharisaica, profunde hypo-
criteos velo obnupta atq; obfuscata. Colorem potius
et glaucoma conyersjouis dixeris, quam veram et Deo
probatam penitentiam, quinimo ipsa illa Gentilium
Metanasa deterioris: siquidem haec seria nonnunquam
fuerit, et realis, quamvis Numini supremo parum. C ob
fidei defectum accepta; hypochritica vero illa, nec seria
sit nec realis, aut bona, sed pudentia simulatione, atq;
fictione, probitatis exarsata, execrabilis deniq; cenodoxa
et ostentationis luto contaminata. Eam ipsam pseudo-
Metanasa, Divinus Baptista delectatus simul ac dejec-
turus, alta clamabat voce: agite (non ostentate) peni- Matth. 3.
tentiam, omniq; deinceps studio eo contendite, ne forin-
secis tantum boni aut penitentes appareatis, intrin-
secis maculati sceleribus, sed digni vera penitentia.
fructus profectis. Maximam quidem laudem eos peni- R. Moses
tentes manere R. Moses Maimonides existimavit, qui in Maim.
publico hominum conspectu retroactam vitam confessione tract. de
duxerint detegendam, suasq; adversus proximum trans- panit.
gressiones ingenuè confessi fuerint. Verum si pharisaicu c. 2.
in modum, ostentationis duntaxat, aut gloriola coram mundo
sive in eius conspectu captanda, amore ac studio fiat
publica illa erroris detectio, tunc evanida profus erit,